



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Solis vis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

SOLIS VIS. CAP. III.

A Imaginem enim Osiridis apud Plutarchum fulgendi admodum lamiculo vestitam habemus, ex quo Solis vis intelligebatur. Apud Euseb. είναι μὲν τὸ ὄσιριν πλούθια λυμον εἰκότως. Hinc Hieroglyphicum illud:

Ἡ ἑλίου ὄσος πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπαυδαίει,
Quem secutus Maro dixerit:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Illud vero non ignoratis, eundem esse Osirin & Dionysium, unde Eumolpus:

Ἄεθ' ὄσῃ δῖόνυσσιν ἐν ἀκλίνεσσι πυρωπῶν.



Osiridis
imago.

Encl. l. 4.
Natal. Co-
mes lib. 2.
c. 2.

CUSTOS. CAP. IV.

B Quinetiam ab officio in universon corpus praestito, custodem ex oculo hieroglyphice significari comperimus, Unde oculos nonnumquam geminos totidem capitibus incumbentes aspeximus, quod DIS MANIBUS interpretantur. Capita enim Manes apud Aegyptios, oculos vero divinitatem praese ferre manifestum est. Maxime vero admirandam esse custodiam, quam oculus pupillae praestat, ex Euthymio didicimus: siquidem Psalmo decimo septimo philosophatur, Tunicas super tunicam: & alia quaedam integumenta eam muniunt, quorum alia tenuia & translucida sunt, ne ullam pupillam, quae suapte natura humida est, ac perinde mollis, inferant asperitatem: alia vero exterius crassiora, ut palpebrarum tunica, quae duobus est semicirculis distincta, ut pulveris atque aeris incursum & parvula quaeque animalia in oculos involare solita, repellat atque summoveat. Quin pupillis etiam vallatae sunt, ut sudorem prope fluentem alio avertant, neque in oculum influere permittant. Acutum enim & falsum sudorem esse, ac perinde molestum & cruciabilem, si oculum attigerit, futurum.

DEUS. CAP. V.

C Praeclara autem illa sunt, quae de Deo ipso per figuram nuncupationemve oculi demonstrato, Oculus mundi intelligebant, veluti scilicet in minori mundo oculi sunt articularum omnium praestantissimi pulcherrimique, ac omnium actuum moderatores, ita Deum illum Opt. Max. mundi oculum, patrem luminum a Jacobo nuncupatum, omnia formositate transcendere, omniaque gubernare, atque, ut ait Apostolus, nihil eum latere, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, atque ita bonos & malos speculetur, & ut quae pro facie sunt homo videt, ita quae delitescunt in imo corde prospicit Deus & perscrutatur. Hinc eruditorum opinio est, Ἰεὺν, δὸν τῆς Ἰεῦδος dictum, quippe quod omnia prospiciat, ut inquit Eucherius, quique oculi in Divinis literis Deo attribuuntur, eius sunt signum intelligentiae, cui porro nihil occultum sit. Cyrillus libro nono Apologiae, quam Juliani Apostatae maledicta cavillationesque in pietatem nostram refellere aggressus est, ubi ille Moseos aenigmata reprehendit, qui verbis, non occultis rerum involucris, humanum genus erudire debuisset, is omnes, qui antiquitus habiti sunt sapientes, huiusmodi institutionis genere usos indicat, cumque Aegyptios memorat, eos dicit per oculum, & adjectum scipionem, ut paulo ante diximus, Deum intelligere voluisse: quippe

D summam super omnia naturam, quae scilicet omnia conspiceret, ac omnium dominaretur. Per Sceptrum enim passim Regiam intelligi dignitatem. Quinetiam absque oculi pictura plerisque veterum reperimus Deum per stantem baculum figurasse. Cur vero ex humanis membris oculi illi pro Dei signo desumpsissent, eam afferunt rationem: oculum humanum miftura suae materiae aliquid lucis possidere, quod in nonnullis tam efficaciter exploratum est, ut per medias noctis tenebras, oculis repente patefactis clare cernant: id quod praecipue Liberio Imperatori contigisse praedicant. Et Xiphilinus dicit in Tiberio lib. 7. Etate nostra Marcum Antonium Sabellicum, dum apud nos Graece disceret, de se affirmationem audivi, quotiescumque noctu excitaretur, aliquamdiu & libros & instrumentum cubiculi universum liquidissime discernere solitum. Quo constituto, congruum idem erit, unicum ac primum illud lumen, quod omnem supereminet lucem, cum sit ditione fulgentissimi splendoris potens, ejusque

Ἦδδ

ejusque